



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

Verba sanctorum martyrum ad tyrannum in ipsos sœuientem. ca. 21.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Non est ergo suor um lachrymis motus, non mortis periculo deterritus, ut a proposito desisteret, tanto amore flagrabat Christum omnibus quibus poterat euā gelizandi, decernens non ante a prædicatione eius cessa re, quam in corpore viuere cessasset. Neq; solum Paulus, qui plus omnibus laborauit, certum ac delibera tum id habuit, sed plane omnes illi, qui supplicia necque pati maluerunt, quam fallacibus dijs libamen ta offerre.

Verba sanctorum martyrum ad  
tyrannum in ipsos fæuentem,  
Cap. XXI.

**Q**uid enim aliud dum torquerentur, tacendo ad infidelem tyrannum dicere videbantur, nisi vre, tunde, diuelle, lania, idola tua nō adorabimus, Christum autem dei filium confitemur, cū patre & spiritu sancto unum deum, unum dominum. Potes corpora ista Cæsar cruciatibus absumere, facere yō ut aliud sentiamus aut loquamur non potes. Dū modo hac in parte fortitudo nostra tuę præualeat, iuuat in illa qua te potentiorem existimas, nos esse imbecilles atq; imbelles. Quo enim magis nos affligis gratusq; excrucias, magis vita æterna dignos efficis, & dum nocere arbitraris, prodes. Tua fæuitia, nostra est gloria. Cum nos interficere credas, carcere isto corporis liberas. Vnde soluti de terra, tollimur ad cælum, & pro patientiæ virtute a domino coronamur: non corona sicut est tua peritura, sed nunquam deficiente, nunquam defutura. Libet itaq; abs te interimi, vt viuamus cum Christo, quem nulla vi nobis potes auferre, neq; nos vlla quæstione. vlo tormentorum genere a charitate eius separare. Hoc te frustra prorsus conatum scies, cum etiam ipsa postrema in mortem anhelantiū voce Christum inuocari, Cristum glorificari audieris, & tunc demum te victum senties, sed fateri pudebit. Nos

## De charitate Liber VII. 503

enim in isto fidei agone voti nostri compotes erimus; tu tui nequaquam, qui ideo nos torques, ut a Christo auertas, & ad deorum quos palam contemnimus, cultū compellas. Et cum hoc quod maxime cupis, perficere in nobis minime valeas, nonne superatus es nostra constātia, nostra pro Christo fide, quos ne interficiendo quidem ut tibi assentiamus potes inducere? Citius saxa scopulosq; & montes de loco suo mouebis, quam nobis fidem Christo daram eripies. Non tamen stabilitatis nostra nobis laudem damus, Christi beneficio fortis sumus, Christi virtute in nobis manente tibi non succumbimus, Christo deniq; ad iuuante contra omnia aduersa luctamur, & potius victoria. Eadem gratias agimus, & cum peccatis afficiuntur & cum in sententia veritatis perseveramus. Tota autem perseverandi ratio est, quia post laborem in illo requiescere speramus, semper beati futuri, qui semper usque in finem suimus fideles, nec vixi saecula tua, sed probati. His quidem & huiusmodi verbis illos vel locutos, vel loqui potuisse quis dubitat, nisi qui euangelio non credit, & peruersæ mentis aure non admittit veritatem? ipsorum enim omne studium fuit, domini sui vestigia obseruare, cum more integritate, tum patientia persecutionum. Præbuit ille se nobis in exemplum, & qui resistere poterat violentiæ hominum, atq; omnes simul uno verbo oris sui interficeret, maluit iniurias pati, & ignominiosa crucis morte consumiri, ut suis fidelibus humilitatem patientiamq; commendaret. Quamobrem ait: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Quid Mat. 10:38 inquires agam, si desit persecutio, si nemo ad impietatem compellit, quomodo crucem domini portare debeo? Si paratus es impia suadentibus nunquam cedere, & prius omnes omnium tormentorum cruciatus torti animo subire, quam Christum deserere, crucem domini geris, & ipsum sequeris, illoque te dignum præstas. Da igitur operam, ne prompta desit voluntas ad patiendum tunc quoq; cum patiënti non suppetit occasio. Quod si feceris, tu quoq; a domino in pace collectus cum sanctis

Psal. 63

martyribus dicere poteris. Ego sum pauper & dolens, & salus tua deus suscepit me, laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo eum in laude. Interim martyrum tuum sit, castigare corpus tuum, & in seruitute redigere, ut obediatur spiritui, vigilare, orare, ieiunare, die ac nocte in lege dei meditari, euangelij præcepta obseruare, amicos inimicosq; diligere, nemini malum pro malo reddere, & parti potius quam inferre iniuriā. Talis vita eos etiam ad beatitudinis gloriam euexit, quos persecutionis gladius non attigit. Quotidianum quippe martyrium est, aduersus carnis molestias diabolusq; dolos assidue stare, & non sinere suffodi domum, nec irruentibus vitijs vasa diripi virtutis. Oportet igitur superbiā repellere humilitate, libidinem castitate parsimonia luxuriam, patientia iracundiam, liberalitate auaritiam: & breuiter vitium virtute. Sic vincere nō equidem minus laudabile esse reor, quam execranda infidelium imperia per tormentorum patientiam superare. Nam qui ita vitam instituerit, eum iam idoneū esse scias ad omnia dura, difficultia atq; aspera pro nomine domini preferenda. Non potest non habere talem tole-

S. Hieron.

randi affectum, qui domino in omnibus obsequēdi gerit curam. Audi Hieronymum dicentem: Utinam ob dominī mei nomen atq; iustitiam cuncta gentilium turba me persecutatur & tribulet: utinam in opprobrium meum stolidus hic mundus exurgat, tantum ut ego merear a Christo laudari, & suae pollicitationis sperare mercedem. Quoties igitur exercendae patientiae cessat occasio, nō cesset in nobis ipsa patiendi voluntas, & martyrum gloriæ participes esse merebimur.

Quod non debemus vltro nos offerre supplicis.

Cap. XXII

Mat. 14.

**V**Erunt in persecutionib; vltro nos offerre ipsi nō debemus. Qm̄ temerariū est obīcere se periculis nulla cogente necessitate. Vñ p̄cipit dñs, di-